

TABVLA RECITATIONVM

IN

ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A DIE V. MAII

C D I D C C L X X X I V .

IN CHOANDARVM.

RECTOR

ACADEMIAE LVDOVICIANAE


D. IOANNES GEORGIUS

BECHTOLD

C V M S E N A T V .

Exempla triumphu priuata auctoritate extra urbem in monte Albano acti, quotquot in annalibus Romanorum memorantur, in tribus praefationibus tabulae recitationum praemissis enarrauimus. Ad triumphum talem non nisi duces illos confugisse ostendimus, quibus triumphus solennis a senatu populou, siue legitimam aliquam ob causam, (*leges quasdam triumphales* extitisse, plura veterum scriptorum loca testantur, cf. *Bachii* Hist. iuris Rom. p. 194.) siue dissociatis in partes ciuium animis, non concessus fuerat. Iamiam clariora nonnulla exempla, vel omnis omnino triumphu deuozati, vel ouationis tantum permissae, quorum in historiarum Romanarum monumentis mentio facta est, in hac aliisque deinde praefationibus exponemus, cum scilicet in finem, vt partim disceptationes & controuersiae ea de re agitatae manifestum reddant, sicuti in omnibus rebus; quae in ciuitatibus democraticis suscipiuntur, ita in decernendo triumpho ambitum, inuidiam, factionis studium plurimum semper apud Romanos valuisse, partim vt antiquitatis Romanae studiosi ex argumentis, quae in eiusmodi altercationibus hinc & illinc praetextae fuerunt, quaeque diligentius a nobis excutientur, percipiant, quot quantasque res Romani ad demerendum triumphu honorem requisierint. — Triumphu genus aliquod minus splendidum, quod ouationem Romani appellabant, eam ob causam excogitatum fuisse, ne duces, quibus aliquid ad iusti triumphu decus postulandum deesset, omni prorsus praemio destituerentur, neminem fugit. Temporum, quibus primum ouationem instituire senatu placuit, solus mentionem fecit *Dionysius Halicarnassensis* Antiquitatum Romanarum libro quinto. Anno nempe V. C. CCLI. P. *Postumio Tuberto* iterum, & *Aprippa Menenio Lanato* Consulibus *Sabini*, cum quibus Romani inde ab anno CCXXXVIII bellum acerrimum gerebant, agrum Romanum vsque ad urbis moenia vastarunt. Ad quam insolentiam vindicandam alter consulum *Postumius* non caute satis egressus in insidias incidit, atque intercepto in urbem refugio ab hostibus obsessus est. At *Menenius* nouis copiis adductis non solum collegam obsidione liberauit, sed etiam *Sabinos* in terram ipsorum reiectos persequutus est. Quum ambo consules. mox coniunctis copiis expeditionem in agrum *Sabinum* susceperent, atque prope *Eretum* proelium atrox cum exercitu *Sabinorum* aliquantum maiore committerent, anceps aliquamdiu pugnae euentus fuit. Qui enim cum *Menenio* dextrum cornu tenebant, Romani fracti iam, & de statu derurbati erant, cum, cognita alae sinistrae, cui *Postumius* praecerat, insigni victoria, atque receptis animis, impetum in hostes ita facerent, vt omnes eorum copiae fugarentur. Vtrique consulum ad urbem reuerso triumphus quidem a senatu decretus est, eo tamen discrimine adhibito, vt soli *Menenio* curru triumphalem ascendere, *Postumio* pedibus tantum ingredi urbem liceret. Quod triumphu genus (verba sunt *Dionysii Halicarnassensis* & *Sylburgii* versione) tunc primum a senatu inuentum *Licinius* (*Licinius* scilicet *Maer* saepius a *Linio* laudatus) prodidit. Ne autem honore *Menenio* aequaretur *Postumius*, quamuis in pugna praeclearissimam nauasset operam; in causa fuit *clades*, quam paulo ante in excursionem magnam & probrosam acceperat, in qua & multos e suis amiserat, & fere

"ipse cum reliquis e fuga militibus in hostium potestatem venerat" — Omnino iustitia ac-
 quitasque postulavit, *Postumii Meneio* posthabere, cum res *Postumii* imprudentia pessime
 gestae, *Meneii* virtute restituae fuissent. Quamvis autem in proelio decretorio *Postumius*
 maiore alacritate, quam *Meneius* pugnasset, attamen, quum dux ad triumphi honorem ad-
 spirans numerum *ciuium anisissorum* aeque ac hostium caesorum senari referre teneretur, at-
 que ad obtinendam lauream triumphalem necesse esset, victoriam *sive clade*, id est, sine ma-
 gna *ciuium* iactura obuenuisse, (quia alias duces gloriae cupidi sanguini *ciuium* non satis pe-
 percissent, cf. *Valerius Maximus* II. 8, *Alexandri ab Alexandro* Dies. Geniales I. 22.) *Postumio*
 triumphus plane denegari potuisset, quippe cuius culpa haud parum domestici cruoris profu-
 sus, atque lugubris quaedam recordatio, miseratioque caesorum captorumue *ciuium* gaudio
 publico immista fuit. Verum enim vero *Postumii* virtus, cui potissimum euenuus proelii fau-
 stus debebatur, cuiusque opera ignominia acceptae cladis eleuata fuerat, quantamcunque
 omnino remunerationem commeruit. Primum enim (verba sunt *Dionysii*) *Postumius* in sini-
 stro cornu, abolendae ignominiae cupidus, dextrum hostium cornu impulit, nullaue vitae
 ratione habita, dummodo vinceret, velut insanus & mortem appetens se in medios coniecit
 hostes, quo factum est, vt milites Romani in altero cornu iam recedentes, *Postumium* vicis-
 se certiores facti, hostes denuo inuaderent, & utroque *Sabinorum* inclinante Romani victores
 abirent. Errat igitur *Alexander ab Alexandro* *Dier. Gen.* VI. 17, qui ideo *Postumio* ouatio-
 nem tantum decretam esse affirmat, quia haud multo negotio hostem fuderit. *Linus* II. 16.
 ram historiam belli *Sabini*, quam ouationem rum primum inuentam silentio praetermisit, haec
 solum de ea re verba faciens: *Et hoc anno Romae triumphatum.* — Alia exempla denegari
triumphi alia data occasione commemorabimus, ne scilicet iustum spatium detrahatur recensui
 praelectionum actiuarum, quem Vobis, *Aestimatissimi Commilitones*, nouum studiorum Vestro-
 rum ordinem delineare cupientibus iam exhibebimus. Feriis finitis, quarum requie, vt cum
Symnacho loquamur, fastidium laboris pellitur, iterato ardore nouaque alacritate in curricu-
 lum industriae academicae reuertetis, atque ad metam propositam indefessi pergetis.



LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOH. GEORG. BECHTOLD. Hora VII. matutina *theol. moralem* duce DOE-
 DERLEINIO praeleget; hora X. *tres priores evangelistas* ex synopsi Griesbachiana in-
 terpretabitur; hora II. pomeridiana in *theologiam symbolicam* commentabitur, ad
 exercitia quoque catechetica paratus.

IOH. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ hor. VII-VIII. *theologiam dogmaticam* ex
 proprio compendio docebit. hor. VIII-IX. *epistolas catholicas* interpretabitur. hor.
 IX-X. *historiam ecclesiasticam* recentiore inde a Saec. XVI. enarrabit. Ead. hor.
 praecepta *homiletica* tradet, & exercitationes *disputatorias* de rebus theologicis in-
 stituet.

CAROLVS CHRISTIANVS PALMER Professor antehac Lipsiensis, nunc theologiae
 Professor ordinarius apud nos designatus, lectiones, hocce semestri ab ipso habenda-
 das, iusto tempore e valuis publicis indicaturus est.

LECTIONES IURIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH Institutiones ex HEINECCIO, Pandectas ex HELLFEL-
 DIO, ius Canonicum e BOEHMERO, ius Criminale e compendio suo horis consuetis
 tradet. Disputatorium quoque & Examinatorium offert.

D. IO. DAN. HENRICVS MVSAEVS. Hor. VII-VIII. *Ius feudale* BOEHME-
 RO duce tradet. Hor. X-XI. *Processum summorum imperii tribunalium* ex PÜT-
 TERI epitome docebit. Hor. II-III. *Historiam Imperii R. G.* narrabit, PÜTTERVM
 secuturus. Hor. III-IV. *Collegium elaboratorio-practicum* habebit. *Praelectiones*
encyclopaedicas hora commoda offert.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP *ius Germanicum priuatum* e SELCHOVIO,
ius publicum S. R. I. praecunte PÜTTERO, eodemque duce bis de hebdomade *ius*
priuatum principum, tradet.

D. IO. GODOFR. SIGISM. ALBR. BVCHNER. *Privatim* hora IX-X. & XI-XII. ad HELLFELDII iurisprudentiam forensem secundum ordinem pandectarum commentabitur. Hora X-XI. principia iuris naturae & gentium praeunte HOEPPNERO docebit. Hora auditoribus commoda, historiam iuris duce SELCHOVIO enarrabit.

LECTIONES MEDICAE.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ. H. IX - X. Physiologiam, praeunte Metzgero, H. X - XI. Anatomiam theoreticam duce Plenckio explicabit.

D. CAROLVS GVIL. CHRISTIAN. MÜLLER *privatim* h. VII-VIII. Physicam dogmatico-experimentalem, *Becmanno* praeunte; h. VIII-IX. Botanicam ad Systema immortalis *Linnaei*, docebit. Praelectiones mineralogico-chemicas, praecipue in usum eorum, qui scientiis cameralibus operam dant, offert. Publice d. Saturni excursionses botanico-mineralogicas instituet.

D. GEORGIUS THOM h. VI-VII & VIII-IX chirurgiam duce *Callisenio* exponet. H. II-III fascias chirurgicas applicandi rationem & encheireses ex *Hoferi* breuiario tradet. Operationes chirurgicas in theatro anatomico instituet. Nec in aliis medicinae partibus operam suam Nob. Dnorum Studiosorum desideriis subducet.

D. ERNESTVS SCHWABE hora IX-X. *Medicinam forensem*, duce *Fafelio*, (gerichtliche Arzneigelahrheit). Hor. X-XI. *Anthropologiam*, ad filium *Vleri*, (Grundlage medicinisch-anthropologischer Vorlesungen für Nicht-Aerzte,) *privatim* explicabit. Et hor. I-IX. praecepta *Diaetetica*, praecipue eruditus, ad valetudinem conferuandam, necessaria, publice docebit.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID, Prof. Primar. Hora II-III libros sex posteriores *Aeneidos Virgilianae* illustrabit, Hora III-IV *stilii cultioris Latini* praecepta praeunte *Schellero* tradet, Hora IV-V. *Notitiam librorum*, cuius studio vilissimorum, praeunte *Millero* exhibebit, Hora V-VI. *Aestheticam* e libro *Celeb. Eberhard* docebit, ad alia quoque paratissimus. Bibliothecam publicam diebus *Mercurii* atque *Saturni* Hora II-III aperiet.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER *Hist. P. P. O.* Deo volente & vires largituro hor. XI. *Historiam ecclesiasticam* ad *Comp. Schroeckhianum*, hor. X. *Historiam Europaeam*, hor. III. *Historiam uniuersalem* hor. IV. *Philosophiam moralcm*, ad *Compendia* a se edita docebit.

GVIL. FRID. HEZEL, LL. O O. P. P. O. tradet hor. VII mat. *fundamenta linguae Hebraeae*, secutus praecepta sua, (*"Kuerzere Hebr. Grammatick."*) Subadditurus praxin analyticam, ex *Proverbiorum Salomonis* interpretatione Grammatica, longe vberissimam. Interpretabitur hor. X *Matthaei* & *Marci Euangelia*; hor. XI *Psalms*. Offert & *Scholas Graecas*, & *Arabicis*.

D. AVG. FRIED. GVIL. CROME. *Oeconomiae & scientiar. Cameralium P. P. O.* Hora XI-XII. quinquies per hebdomadam *Oeconomiam politicam*, seu *scientiam*, quam dicunt, *cameralem*, *theoretico-practicam*, (*Practische Cameral - u. Finanz-Wissenschaft*), ad filium suum tradet. Hora I-II. *Artis paedagogicae praecepta* exponet, inferuiturus iis, qui olim puerorum, iuuenumque regundorum atque instituendorum partibus, siue domesticis, siue publicis, fungi cupiant. Hora III-IV. *Statisticam*, vt vocant, *Imperii Germanici*, ad *Grellmanni* compendium, narrabit; cui subiunget *descriptionem historico-statisticam regnorum, Austriacae & Borussiae domorum*. Hor. IV-V. *Politiam*, seu *Politicein*, proprie sic dictam, (*eigentliche Policy-Wissenschaft*), ad filium suum, mox edendum, explicabit; Hora V-VI. *Oeconomiam ruralem*, vna cum *Zoologia oeconomica*, ad *Bekmanni* compendium, exponet. Nec iis decrit, qui *scientiae forestali*, seu *geographiae*, & *historiae actatis nostrae*, adeoque recentissimae, operam nauare velint.

IO. FRIDER. ROOS, Philof. D. & P. P. O. *Historiam catholicam* h. I.; *Historiam Europae* h. XI., *Beckii* atque *Galletti* libellos illustrando, tradet. Neque eorum, qui disciplinas firmandae historiaram cognitioni inferuientes, id vero est, *Chronologiam*, *Heraldicam*, *Numismaticam* ac *Diplomaticam*, duce *Schmidt* cognomento *Phisfeldk*, attingere cupient, studium defluet.

GEORG. FRID. WERNER, Scient. mil. P. P. O. hor. X-XI praelectiones in rem militarem habebit. Hor. XI-XII Aetiologiam, secundum systema suum leget. Hor. II-III Geometriam practicam docebit.

FRID. LVD. WALTHER, P. P. O. per semestre aestiuum Oeconomiam pratensem & ouinam (*Wiesenbau und Schaefferei - Wirthschaft*) hor. VII-VIII. Technologiam forestalem (*Forst - Technologie*) hor. VIII-IX. docebit.

GEORG. GOTTLIEB SCHMIDT, P. M. P. O. *Mathesin puram* Hor. matut. VI-VII duce Klügelio, *Mathesin applicatam* Hor pomerid. III-IV duce Kaestnero priuatim demonstrabit. Auditoribus denique physicis, eas quas Physica generali comprehendere solent, scientias hor IV-V bis per hebdomadem publice offert.

D. I. C. G. SCHAVMANN, Philof. theor. & pract. P. P. O. *Logicam* & *Metaphysicam* ad theses, iusto tempore publicandas; *Ius naturae*, cum *iure* & *civilitatis* & *gentium uniuersali*, duce libro suo: *Wissenschaftliches Naturrecht; Philosophiam morum*, s. *Ethicen* & puram & applicatam, ad dictanda quaedam, docebit, vna cum *Philosophia religionis*, compendium sequuturus suum (*Philosophie der Religion* &c.). Praeterea Auditoribus, qui *disputando*, *colloquendo*, *elaborando*, exercei cupiunt, sese vel ducem, vel amicum, amice pollicetur. Horas ex valuis publicis indicabit.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

FRIDERICVS GVIL. DAN. SNELL, Philof. Prof. publ. extraord. Hora matutina VI-VII *logicam* & *metaphysicam* — hora vespertina V - VI *philosophiam moralem* docebit. — Diebus Mercurii & Saturni hora VI-VII *principia philosophiae criticae* tradet. Ad instructiones priuatissimas in *Mathesin puram* paratus est.

IO. GEORG. FRID. LEVN, Ph. D. & P. P. E. O. Hora III. *Hebraeae linguae fundamenta* ad ductum grammaticae *Hezelianae* methodo compendiaria tradet. Hora IV. in explicandis *euangelis* perget, *Iohannis* historiam Iesu Christi expositurus. Paratissimus erit ad aperiendas scholas Arabicas vel Syriacas.

IO. ERNEST. CHRIST. SCHMIDT duas horas singg. dd. *Historiae ecclesiasticae* Secc. XIV. priorum enarranda dabit, librum B. *Walchii*, curis S. R. *Schulzii* emendatum & auctum, secuturus; praeterea *Historiam criticam* N. Test. (*Einleitung in's N. Test. vocant*,) tradet; porro *Epistolas Pauli ad Galatas*, *Ephesos*, cert. interpretabitur; ad illustrationem huius illiusue libri V. T. itidem paratus.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de luculenta *equitandi*, *pugnandi gladio*, *salsandique* palaestra, *Anglicae*, *Gallicae* & *Italicae* linguae scholis, per magistros eorum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

